



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 90. Nationis Germanæ postulata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. tus est. Martinus V. altero post electione
 A.C. 1417. nem suam die animum adjecit componendis Cancellariæ Romanæ regulis; sed brevi vocabatur ad alia, quæ operosius Pontificiæ sollicitudinis studium requirebant, nec inter ea infimum erat restaurandæ disciplinæ negotium. Nam altera post coronationem die quinque Nationes congregatæ animo constituebant, se a Papa postulaturas, ut reformationi Ecclesiæ, prout post sui electionem spondisset, incumberet, ac normam a Collegio hanc in rem instituto præscriptam sequeretur. Votis petentium annuit Pontifex, quinimo Deputatos nominari præcepit, qui unacum sex Cardinalibus a se electis huic negotio omnibus viribus adlaborarent, datumque est operi initium: Attamen Nationibus inter se dissidentibus, atque Cardinalibus tardius manum admoventibus, Natio Germana neo-electis reformationis Commissariis libellum porrexit, hujus tenoris:

§. XC.

Nationis Germanæ postulata.

Petimus, quatenus Sedes Apostolica reservationibus clausis in corpore juris contenta sit, & electiones, confirmationes, collationes, provisiones, præsentationes, & quasvis alias dispositiones Ecclesiasticas de Archiepis-

chiepiscopatibus, Episcopatibus & Abbatia-
 libus, aliisque dignitatibus & Prælaturis **Sæcul. XV.**
 ac beneficiis Ecclesiasticis, per Metropolita- **A. C. 1417.**
 nos, Episcopos, Prælatos, Capitula vel Col-
 legia, & alios Patronos seu Collatores Ec-
 clesiasticos libere fieri permittat; juxta di-
 spositionem nonnullorum generalium Conci-
 liorum antiquorum, atque mentem Fundato-
 rum, salvo jure Sedis Apostolicæ in Ecclē-
 sias, & Monasteria sibi privilegio exem-
 ptionis vel alias immediate subjectas vel sub-
 jecta. Necnon quod Papa quemlibet colla-
 torem Ecclesiasticum, ad cujus collationem
 ultra quinque beneficia spectant, per unam
 possit onerare, sublatis extravagan-
 tiarum Cancellariæ reservationibus. Post-
 quam igitur tali modo de reformatione
 agebatur, Pontificem adibant Legati, qui
 nomine Joannæ Neapolis Reginae eidem
 filiale obsequium exhiberent, simulque
 ad recuperandum S. Petri patrimonium,
 utpote a longo tempore invadentium ar-
 mis devastatum, necnon ad restituendam
 S. Angeli arcem omne auxilium offer-
 rent, haud minori promptitudine opem
 spondentes, ut Sedi Apostolicæ redderen-
 tur urbes, Ostia & civitas vetus, quas
 Sfortia, altesatæ Reginae Bellidux, Brac-
 cioni eripuit. Hujus tamen legationis
 exitum ignoramus.